

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 24vb–25ra

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 29 [Gn. 25]

[29 § 1] De dono coram iudicio facto. Capitulum XXVIII

Donum, quod viro aut mulieri datum fuerit coram iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradicione quidquid ei placet.

Idem potest facere ille vir, qui sibi par fuerit cum parte sui doni, quicquam deliberaverit modo simili, quam ipse suscepit.

[29 § 2] [k. 25ra] De bonis femine sine prole decedentis. XXVIII

Si moritur femina absque herede, ita quod nullum heredem a suo marito peperit, ipsa hereditat sua successoria, seu prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sive masculus sive femina, qui sibi sit paris condicionis. <Paris condicionis vel heres legitime naturis secundum formam Sancte Ecclesie vulgariter *czyŝsthego loza polozonŷ*^b> Idem faciet vir illi, qui sibi sit paris condicionis. Insuper omne aurum et argentum informatum, et omnis siligo et carnes cervisia cum vino, et panis, que vel quod et quantum post tricesinum permansit, vel permanserunt, totum cedit <De suppellectile post tricesinum^c> heredibus viri et non femine, exceptis pulmentariis, de quibus mulier mediam partem <pulmentaria vulgariter *jarzŷnŷ*^b> recipit et heredes viri reliquam partem mediam tollunt.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie czerwonym inkaustem; ^c na marginesie

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]